



Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1861

II. Barnim, Herzog der Slawen, schenkt dem Convent der büßenden Schwestern in Prenzlau die Pfarrkirche und drei andere Kirchen daselbst, am 7. März 1250.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55721](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55721)

cimus, nichil recipietur, peracto autem trium annorum spacio, de quouis manso fertio dimidius solui debet. Prefatis autem octo, qui ciuitatem edificandam de manu nostra susceperunt in feodo octoginta mansos contulimus. Si vero molendina edificata fuerint, duas partes molendinorum reddituum dominus terre recipiet et terciam partem qui expensas dederint ad extruendum. Quidquid soluendum est de arcis et de aliis emolumentis dominus duas partes et memorati octo viri terciam assument. Ciuitas autem hec eadem debet frui libertate, quam habet ciuitas madeburgensis, et eodem iure, excepto eo, quod Rade appellatur, quod apud nos decreuimus abolendum. Mercatores etiam, qui de ciuitate Prenzlau sunt, per totam terram nostram thelonea non soluent. Cupientes autem hanc nostram ordinationem et libertatis collationem nunc et in posterum firmiter obseruari, litteris nostris cum sigilli munimus appensione. Testes autem sunt: Prepositus Colbergensis Paulus, Bartolomeus frater eius, eiusdem loci canonicus, Rodolfus sacerdos in Stetin, Priznoborus vir nobilis in Stetin, Stephanus dapifer, Riboldus pincerna, zulizlaus, jarozlaus, Salimarus, andreas mozkot, alius andreas, alter zulizlaus, Symon nobilis Stetinenfis, qui omnes nostre intererant ordinationi et libertatis ut diximus collationi. Actum apud Stetin, anno dominice incarnationis M^o. CC^o. XXX^o. quinto, sexto Kal. januarii.

Nach Rosgarten's Abdruck in dem Cod. Pom. I. 479.

II. Barnim, Herzog der Slawen, schenkt dem Convent der büßenden Schwestern in Prenzlau die Pfarrkirche und drei andere Kirchen daselbst, am 7. März 1250.

Barnym, Dei Gratia Slavorum Dux, uniuersis hanc paginam inspecturis salutem in Perpetuum. Ne facta hominum consumat obliuio, scriptis solent authenticis roborari, ut indicio evidenti ad posterorum notitiam transmittantur. Innotescat ergo tam presentibus quam futuris, quod nos considerantes pium esse indigentibus subuenire, illis quidem precipue, qui ab amore Christi mundum florentem eum suis concupiscentiis despexerunt, sub monastice religionis habitu crucem domini bajulantes, Ad honorem Dei omnipotentis contulimus fororibus penitentibus ordinis beate Marie Magdalene in Prinslawe Ecclesiam beate Dei genetricis et virginis Marie in dicta jam Prinslawe Civitate simulque alias annexas sibi Ecclesias, videlicet beatorum Nicholai, Jacobi et Sabini in nova Civitate, cum omni Jure suo et fructuum perceptione in legitimum beneficium perpetuo possidendas. Ut autem hec nostra donatio rata et inconuulsa habeatur, presentem paginam sigilli nostri munimine roboratam prememoratis fororibus duximus indulgendam. Testes sunt isti: Johannes et Gerengerus, milites de Jagowe, Dominus Henricus, Prepositus Stetinenfis et alii viri multi. Actum Anno Domini MCCL. Datum in Stetin, Nonas Martij.

Aus einem Copialbuche.